



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

XXI. De ministerio subdiaconorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ANNO CHRISTI tionum, & ad horam nonam & vesperam, oportet  
celebrari.

XIX.

Quoniam catechumenorum orationem separatim, & prius post tractatum Episcoporum oporteat celebrari. Quibus egressis, orent etiam hi qui in pœnitentia sunt constituti ; & post manus impositionem his quoque abscedentibus, tunc fideles orare debebunt. Quorum tres orationes fiant, vna quidem, ( id est, prima ) per silentium, secunda vero & tertia per vocis pronuntiationem. Et tunc demum osculo pacem dari debere. Et posteaquam presbyteri Episcopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare. Et sic oblatio offeratur. Solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.

XX.

Quoniam non oportet diaconum sedere præsente presbytero, sed ex iussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur & diaconus a ministris inferioribus, & omnibus clericis.

XXI.

Quoniam non oportet subdiaconos licentiam habere in secretarium, quod Græci \* diaconicon appellant, ingredi, & contingere vafa Dominica.

XXII.

Ministrum non oportet orario vti, nec ostia derelinquere.

XXIII.

Quoniam non oportet lectores aut psaltes orario vti, & sic legere aut psallere.

*Concil. Tom. 2.*

P